





F. 11. num. 34.

1772 15  
22

DE  
**FEVDIS MARCHICIS**  
**ALLODIFICATIS**  
**CENSVALI QVALITATI**  
**HAVD OBNOXIIS**  
**QVAEDAM PRAEFATVR,**

ET


**PRAELECTIONES SVAS AESTIVAS**  
**ANNVNCIAT**

**IOANNES CHRISTIANVS WOLTAER,**  
**IVRIVM DOCTOR.**

P. 340.



**HALAE MAGDEBVRGICAE,**  
**LITTERIS GRVNERTIANIS. clō 1772.**



FEVDIS MARCHICIS

ALLODIFICATIS

GENSVALLI QUALITATI

HAVD OBNOXIS

QVAEDAM PRÆFATYR.

ET

L. 2. §. 43. D. de O. L.

*Turpe est patricio et nobili et causas oranti, ius, in quo versa-  
tur, ignorare.*


IOANNES CHRISTIANVS WOLTER,

IRVIM DICTOR



HABE MAGISTER

LITTERIS GOVERNMENTI CLIPCEXII



§. I.

I nter plurima, quae Serenissimus ac Potentissimus Borussiae Rex, FRIDERICVS GVILIELMVS, pia et gloriosissimae memoriae, sapientissime constituit, eminet certe regium sane consilium, quod suadente praepri-  
mis primo status administro HENRICO RÜTGERO ab ILGEN<sup>a)</sup>, de tollendo nexu feudali, cui plurima in Marchia nostra bonorum nobilium, tum inferioris clypei hominum obnoxia erant, anno 1717 non solum concepit, sed et per medium quasi profundum eundo feliciter et omnibus admirantibus, paucis vero non laudantibus, adimplevit. Non plenariam huius gravissimi negotii exhibitori historiam et fata, quamvis subsidiis huc facientibus, maxime anecdotis, et non vbiuis obuiis, instructi simus, vnum vel alterum tantum inde caput delibabimus, et de effectu huius mutationis iam tantummodo solliciti, pro virium tenuitate sustinebimus: feuda Marchica allodificata, ideo non induisse censualem qualiteratem.

4  
 a) Summi viri animum aliquodammodo nosse iuuabit. Dabimus  
 picturae primas lineas auctore a POENITZ. „Mr. d'ILGEN,  
 scribit iste, (Tom. I pag. 52. de ses mémoires, à Londres 1735. 8.)  
 „ a l'esprit brillant et solide, l'imagination vive et féconde, la  
 „ physionomie belle et pleine de douceur. Il est extrêmement  
 „ sobre et fort oéconome; ennemi des plaisirs. — Il est humble,  
 „ quelques fois même à l'excès, — maître de son humeur et  
 „ de son visage, de sa langue et de ses yeux, il les accommode  
 „ à la situation de ses affaires. Il s'est élevé par adresse et se  
 „ soutient par habilité. Seul maître de son secret, il n'a ni con-  
 „ fident, ni ami particulier. Infatigable au travail, il conçoit  
 „ et écrit tout lui — même. Ses secrétaires ne font que copier.  
 „ Il travaille, comme pourroit faire un ouvrier à la journée, et  
 „ fait un métier du ministère. Il parle bien et écrit encore  
 „ mieux. — Jamais il ne s'est fait une créature, —. Ce qui fait  
 „ son éloge et prouue son génie, c'est qu'il se soutient depuis  
 „ long-tems sans parens, sans amis, sans créatures et peut-être  
 „ sans être trop honoré de la faveur de son Maître. „ Inter-  
 „ sparsit adhuc nonnulla Vir Generosissimus, quae, quia duriuscu-  
 „ la videbantur, adscribenda non putauit.

§. II.

Qui rerum patriae non omnino non est intelligens, ve-  
 teris militiae eam fuisse rationem, vt maxima rei publicae de-  
 fendendae et contra hostium impetus muniendae pars in seruitiis  
 militaribus fuerit posita, quae nobiles et ingenii subire debebant,  
 non ignorabit <sup>a)</sup>. Ob summam, quae tunc temporis erat, ma-  
 gis an propitio quam irato numine? adhuc nescio, pecuniae penu-  
 riam, dabant et praedia et aedes <sup>b)</sup> in feuda domini, vt ex ea-  
 rum prouentibus militiae subeundae sustinerent per tempus legi-  
 bus feudalibus definitum vasalli onera <sup>c)</sup>.

<sup>a)</sup> Qui tamen praeter spem id ignorat et tamen scire cupit, adeat  
 probatae doctrinae Virum DAV. GEOR. STRYBEN, in obs. I.  
 obs. iur. et hist. german.

<sup>b)</sup> Ad-

b) Adfentis, si legeris extractum diplomatis, quod in not. c. mox sequenti subieci.

c) Sane id et in Marchia nostra obtinuisse verba diplomatis ex pluribus nominandi, Electoris IOANNIS GEORGII de 1587, apud MXLIVM in C. C. March. P. II. Sect. 5. n. 7. column. 15. 16. fatis luculenter demonstrant: „Zum dritten, und obwohl vermöge  
 „Unser und Unserer Voreltern Leben und Eigenthums - Briefe, die  
 „Dienste, so sie von denen Burglehen und freyen Häusern, wie ob-  
 „stehet von Alters geleistet seyn und darüber weiter nicht beleget  
 „werden: So haben Wir sie doch darüber vermocht, Uns im  
 „Fall der notwendigen Krieger - Lausten ein gerüst Pferd mit ei-  
 „nem tüchtigen Krieger - Mann, wie andere Leben - Leute von Adel  
 „sämlich zu halten und aufzubringen, welcher neben andern Un-  
 „sern Dienern mit Uns fortziehen, auf Uns warten und sich  
 „treulich gebrauchen lassen solle.“ Quid? quod ipsi scultei in  
 pagis Marchicis, Lebenschultzen dicti, ob munus, saepe ob leue  
 rogurium et aliquos mansos, vasalli certe non nobiles, ad seruitia  
 militaria subeunda fuerint obligati et haec seruitia praestiterint,  
 quod plus simplici vice ex actis publicis antiquioribus, quae in-  
 spicere mihi Maecenatum indulgentia licuit, intellexi, quorum ex-  
 cerpta haec subprimo, ne destinatos egrediat scriptiuncula  
 limites. In hisce vero feudis distinguenda sunt seruitia feudalia  
 militaria a praestationibus ex nexu feudali non oriundis. C. C.  
 March. l. c. n. 74. column. 123. 124 Quod contra PETRVM  
 MÜLLERVM in sua pract. March. res. II. num. 10. haec non distin-  
 guentem, putanus notandum.

### §. III.

Sed haec rei militaris facies nec mansit nec manere po-  
 ruit. Sopotis licet, quae per seculum et quod excurrit, Germa-  
 niam et praepimis Marchiam nostram misere vexabant, foedis  
 bellis: tamen semel turbatae fiduciae et familiaritatis seruor, qui  
 belligerantes et maxime Germaniae Membra fraterno quasi vin-  
 culo olim iunxerat, non rediit. Aliorum enim animos, non  
 pace partarum, quas sperauerant, prouinciarum vel iurium con-



sideratio angebat, alios amissarum virium memoria premebat, omnes vero media, vt credebatur, pace, infelicissima aemulatione instigati se debellabant. Quid mirum itaque, quod toties mutata sit imperii germanici et singulorum territoriorum germaniae publicae status facies! Inde certe vel introducendi vel introduci perpetui militis alendi necessitas<sup>a)</sup>.

- a) Euolvas si placet quotquot reperire poteris, qui de vicissitudinibus, quas res militaris in Gallis et Germania experta est, scripserunt. Sed ratione Marchiae nostrae testimonium omni exceptione maius dicit ipse Serenissimus Legislator: 1) in RESOL. CLEMENT. de 17 Febr. 1717 in C. C. March. l. c. n. 60. column. 83. 84. verbis: „ Die übliche Rittertschaft gestehet selbst, daß sie nach den Lehn- Rechten und nach dem alten Herkommen des Landes, in casu necessitatis ihre Ritterdienste in natura oder an Gelde Sr. Königl. Majestät zu stellen und herzugeben verbunden sey; Sie erbietet sich auch, daß sie solcher ihrer Schuldigkeit sich niemahlen entziehen wolle, und da nun solcher Casus necessitatis jetziger Zeit in Ansehung anderer Puissancen immerhin continui- renden redoutablen Armatur, wo nicht continüirlich vorhanden, dennoch alle Augenblicke entstehen kann: so wird gedachte Rittertschaft von selbst die getreue Reflexion machen, daß bey einer solchen Bewandnis der Sachen es auch einer beständigen Unterhaltung der Rosdienste, und daß, weil dieselben bey der gegenwärtigen Art Krieg zu führen fast von gar keinem Gebrauch seyn können, deren Convertirung in eine leidliche Geldsumme, welche zur Verstärckung Sr. Königl. Majestät, Krieger- Verfassung anzuwenden, nicht allein eine billige, sondern auch nöthige und schuldige Sache sey., 2) Item in RESOL. CLEMENT. VLTER. d. 17 April. 1717 ibid. num. 61. column. 88. verbis: „ Wenn aber hierbey in gehöriger Erwegung nehmen will, daß Se. Königl. Majestät, wann Sie Dero getreue Rittertschaft und andere Unterthanen in beständige Ruhe und Friede erhalten wollen, bey gegenwärtigen gefährlichen und geschwinden Laufien einer immerwährenden considerablen Krieger- Verfassung unentbehrlich he- „dürfen,



„ dürfen, daß auch die Roß-Dienste zu dergleichen Krieger-Ver-  
 „ fassungen und Erhaltung beständiger allgemeiner Sicherheit von al-  
 „ len Zeiten her gewidmet gewesen und noch gewidmet seyn, und  
 „ Se. Königl. Majestät dannenhero überflüssig berechtiget wären, sol-  
 „ che Roß-Dienste entweder continuirlich parat halten zu lassen,  
 „ oder diejenige Geldsummen, so an deren Statt in vorigen Zeiten  
 „ gezahlet worden, einzufordern. „

§. IV.

Cum vero sine dubio primus sit *confortii* ciuilibus finis, vt  
 vniti se defendant facilius, maleuolorumque iniurias repellant ciues,  
 quibus singuli forte non sufficerent, in Principem cadit augustis-  
 sima obligatio, vt curet hunc vltimum ciuilibus coitionis finem ob-  
 tineri; vt videat, ne respublica ab exteris capiat quid detrimen-  
 ti, sed armis ita sit decorata, vt victis hostibus existat triumphatrix  
 magnifica. Inde legendorum militum ius, inde exigendorum  
 tributorum et imperandorum ciuibus stipendiorum sibi iure  
 vindicat facultatem Princeps, praeprimis illis, qui vi specialis  
 obligationis ad reipublicae tenentur defensionem <sup>a)</sup>. Obligatio-  
 nem ad finem indulgere ius ad media, quae hunc promouent,  
 neminem adhuc inueni ambigentem. Quis itaque negare susti-  
 nebit, ei, cui publico ex voto cura obtinendi vltimi ciuilibus so-  
 cietatis finis demandata est, competere facultatem, si media, huc  
 vsque quae sufficiebant, ob mutatum rerum publicarum statum,  
 vim suam amiserint, reponendi negligendique et loco eorum  
 alia sed minus fallacia eligendi? Si itaque praestationes militarium  
 seruitiorum, a vassallis in natura, vt dicimus, subeundorum, olim  
 sufficientia quae erant procurandae securitatis publicae media,  
 iam, quod scilicet ponimus, rempublicam factam testamque rede-  
 rere nequeant, iste vero palmarius finis obtineri queat, si loco ea-  
 rum certa soluat quantitas pecuniae a vassallis, quis, quaeso,  
 adeo inique de republica sentiet, vt istam loco militarium serui-  
 tiorum subeundorum soluendam summam pecuniae a vassallis exi-  
 gendi

gendi potestatem, maxime si principi vi communis reipublicae sponfionis circa istam quaestionem liberum omnino relictum fuerit iudicium, vt in Marchia nostra, Principi non competere affirmaret? Suum itaque non solum ius in exercitium deduxit; sed et sacratissimo suo muneri satisfecit POTENTISSIMVS REX, dum loco seruitiorum militarium, in natura a vasallis praestandorum, quae imparia cerneret ad repellendos exterorum hostium impetus, imperaret certam pecuniae summam exsoluendam perperui militis sustentationi destinata, maxime cum Principis administrationi relictis et ad rei publicae nostrae defensionem semel et ab antiquo tempore destinati prouentus huic oneri ferendo haud sufficere viderentur.

a) Vid. §. praec. not. a. n. 1. et 2.

#### §. V.

Sed, quam non satis vel mirari vel deuenerari possumus, tanta POTENTISSIMVS noster REX, qui scilicet semper se patrem subditorum a Deo constitutum credit, suo iure est vsus clementia et moderatione, vt ne quidem, quod vtique eum potuisse illi, quibus penitus reipublicae Marchicae formulae studium in deliciis est, dabunt, vi summae ei competentis potestatis imperaret vasallis subditis, quibus scilicet sola obedientiae laus relicta est, soluendae summae quantitatem. Imperauit tantummodo comitia pro prouinciarum, in quas scinditur Marchia nostra, diuerso more celebranda. Edixit, vt in illis deliberarent vasalli super summae offerendae iusta quantitate, bene ponderata, vt boni ciuis et grati est hominis, regii beneficii magnitudine et offerrent principi optimo conuenientem et vniformem canonem<sup>a)</sup>. Sed, vt saepe optimorum principum fors fert, spes nostrae patriae patrem fefellit, quam de subditis, quos non solum credit, sed qui et ipsi se toties dixerant fidelissimos et deuotissimos, conceperat. Indicuntur quidem a circulatorum decanis comitia, sed  
vix

vix conueniunt vasalli. Alii oblatum beneficium, nescio quo facto quasi obcoectati, plane respuunt et de suis iuribus et priuilegiis actum iri dolent <sup>b</sup>), alii nec causae et beneficii grauitari conuenientem, nec vniformem summam offerendam statuunt <sup>c</sup>), omnes vero satis declarant, se nec reipublicae nec propriae introducendae felicitatis capere indolem. Cum itaque vasalli ea, quae eorum erant partium non rite subirent, ex necessitate CLEMENTIS-SIMVS PRINCEPS pro singulo equo equestri, (*Ritterpferd*) 50 thal. imperauit solvendos <sup>d</sup>), quam tamen summam ad vasallorum sollicitationes et humillimas deprecationes ad 40 thal. quorannis ita soluendorum reduxit, vt in quolibet trimestri exsoluerentur 10 thaleri: <sup>e</sup>) interposita regia cautione de hoc canone in infinitum non augendo nec vmquam pro contributionis specie reputando.

a) „ Als haben wir auch zu Unserer getreuen Rittertschaft, Vasallen und Lehn-Leuten — — das Allergnädigste Vertrauen, sie werden — — dagegen gerne übernehmen von solchen ihren bisherigen Lehngütern eine billigmäßige Recognition zu Unsern Cassen beyzutragen: Immarssen denn an Unsere — — sämtliche Rittertschaft, Vasallen und Lehn-Leuten Unser Befehl hiemit ergeht, so bald es nach Publicirung dieser Unseres Edicts geschehen kann sich zu versamen — — um die Sache mit einander in behörige reisliche Erwägung zu nehmen und ihre dieserwegen thuende alleruntertänigste Erklärung, was nemlich dieselben — — pro canone jährlich an Uns zahlen wollen, — — ohnfehlbar Uns — — zu übergeben. Edict. d. 5 Jan. 1717. in CC. March. l. c. n 59. column. 82.

b) Moram hac occasione ortorum, a nonnullis Germaniae principibus ex ratione, vt dicimus, status, clam nutritorum, interpositarum a renitentibus protestationum et ad summa imperii tribunalia prouocationum voluntariarumque renitentium emigrationum historiam iam dare neclubet, nec in refellendis argumentis in scriptis pro stabilienda renitentium causa, prolatis tempus iam consumere. Nam et in nostro negotio suo modo, acutissimi LVDOVICI MAIMBERGII de controuerfiis theologicis iudicium obtinerere puto: „ Tant il

„ im-

„ importe, *scribentis*, quand on agit contre les hérétiques, de se  
 „ tenir précisément dans ce que la Foi nous enseigne sans donner  
 „ à contre-tems et par préoccupation d'esprit dans des que-  
 „ stions litigieuses, où l'on donne à son adversaire l'avantage  
 „ de pouvoir soutenir son sentiment avec autant de droit qu'on  
 „ a de le combattre. „ *L'histoire du Lutheranisme liv. I. p. m. 13.*

c) *Se. Königl. Majestät haben nun zwar zu ermeldter Dero gehorsamste Ritterschaft sich versehen, daß dieselbe über den Punct, wie viel sie vor jedes Ritterpferd künftig zum jährlichen Canone entrichten wollen, sich eines einmütigen Entschlusses mit einander verglichen haben würden; weilen aber solches nicht geschehen: — Als — —*  
 Resol. clem. vlt. d. 17 April 1717 l. c. column. 87.

d) Resol. clem. d. 24 Febr. 1717. l. c. column. 86 verbis: *Se. Königl. Maj. versehen sich aber auch hingegen 8) daß Dero getreue Ritterschaft und übrige Vasallen diese denenselben wiederfabrende Königl. Wohlthat, also wie es getreuen Untertanen anstehet und oblieget, erkennen auch zu solchem Ende mit einem jährlichen Canone von 50 Rtblr. vor jedes Ritterpferd Deroselben allerunterthänigst an Hand geben werden.*

e) Vid. Resolut. clem. vlt. d. 17 April 1717 l. c. column. 87. *Daß — von jedem Rosdienste (i. e. Ritterpferde) — — jährlich 40 Rtblr. ad militaria gezahlte und quartaliter mit 10 Rtblr. zu den Creys-Cassen abgeliefert werden sollen. In Pomerania vltiori eo nomine vero pro quouis equo equestri quotannis solvuntur tantum 40 floreni. Resc. de 1717. Mai. 29. apud SCHWEDERUM ad Constit. Feudal. inter docum. num. 27. pag. 316. 317.*

## §. VI.

Magno semper feudale connubium germanos habuisse in honore quamvis cum nemine non negem et quamvis lubens volensque concedam plura exinde cum in seniore tum in vasallum redundare commoda, tamen nullo tempore a me impetrare potui qui crederem, tantam esse iucunditatem huius negotii, si caussam vasalli spectes, quantam esse, nonnulli nobis persuadere volunt. Incommodis enim sat grauibus quoque premi nobis et illi dabunt, qui feudalis nexus sunt amantissimi. Et qui primis tantum-

tummodo labiis suauissimae clientelaris iurisprudentiae limina degustauit facillimo negotio indicem satis longum conficere valebit onerum, certe non adeo vasallo iucundorum, quae ex hoc nexu in vasallum cadunt. Indultorum feudalium requirendorum, petendae et renouandae inuestiturae mitto necessitatem. Taceo profrequendae communis manus semper sumptuosum, nudam, saepe fallacem, tribuentis spem succedendi, onus. Feudi placet vel alienatio, vel necessitas vrget, vt illud hypothecae subiciatis oneri. Coemas ante omnia domini consensum, quem vix sine non leui patrimonii iactura impetrabis indefinitum, necesse est. En te rerum tuarum dominum et nondominum! Minutias, concedo, neglexisti, feloniam tamen te fisci accusabit aduocatus et non iniuria te condemnabit iudex. Sed premit rempublicam impius hostis, stridetque infelix classicum. Iam linque formosam vxorem dulcesque te in cassum reuocantes natas. Perforato pectore occumbis, decoram laudamus mortem, teque Curium dicent annales, sed tecum iacet filius, familiae fulcrum. Adest improbus agnatus, sentem expellit paterno feudo familiam, breuique contentam esse iubet allodio, quod forsitan secabunt creditores. Quibus ponderatis quem vel sui ipsius vel familiae crederemus adeo inimicum, vt vel aliqua capi possit nexus feudalis admiratione?

§. VII.

Sed en humani animi indolem! Saepe nobis vltro oblatum reiicimus, quod alia occasione in eadem positi sorte summa peteremus animi contentione beneficium. Eandem experti sunt fortem vasalli Marchici (§. VI.). Sed qui hoc factum, iam quaeritur? Binas inuenio rationes, quarum alteram nimia a maioribus acciptorum institutorum admiratio constituit, alteram vero ICTorum, quos illa aeras tulit, nonnullorum consilia et opiniones continent. Hi enim non solum semetipsis persuadebant, sed et nobilibus ac vasallis respondebant per allodificationem feudorum oblatam nobilium

billum iura ruere in peius, et feuda induere censualem qualita-  
tem. Et hae sententiae adeo se insinuauerant vasallorum animis,  
eosque adeo anxerunt, vt illis nec doctissimorum saniora sententia-  
rum virorum scripta, vix regia declaratio: *Verprechen Se. Königl.  
Majest. allergnädigst, daß durch Aufhebung des nexus feudalis in-  
ter dominum directum et vasallum, die Qualität der Ritter- und  
freyen Gütter, so selbige bisher gehabt, im geringsten nicht alte-  
rivet, sondern solche zu ewigen Zeiten von allen Oneribus, als Con-  
tribution, Einquartirungen und dergleichen Auflagen<sup>a)</sup>, sie mö-  
gen Namen haben wie sie wollen, erdacht seyn, oder amnoch erfun-  
den werden, so wie jetzo also auch davon weiter nichts, als der von  
der Rittertschaft gegen Aufhebung der obgedachten Lebens Beschw-  
erlichkeit verwilligte Canon der 40 Rthlr. gefordert und verlangt  
werden soll<sup>b)</sup>: et Geben Se. Königl. Majest. auch die Allergnädigste  
Versicherung, daß hierdurch deren Freyheiten, Immunitäten, Recht  
und Gerechtigkeiten, so der Rittertschaft in denen Landes-Recessen,  
vornehmlich aber in dem de anno 1653<sup>c)</sup>, so weit derselbe der ge-  
gemwärtigen Handlung nicht zuwider ist<sup>d)</sup>, wie auch in ihren Lehn-  
Briefen und andern Assürationen gegeben worden, nicht das ge-  
ringste praejudiciret, sondern alle solche Freyheiten und darüber ge-  
gebene Reverse und Versicherungen hierdurch von neuen confirmiret  
seyn sollen<sup>e)</sup>: scrupulum eximere possent.*

a) Noli autem tibi persuadeas hac formula SERENISSIMVM  
REGEM se omni potestate noua onera nobilibus imponendi pro-  
se et suis SUCCESSORIBVS abdicasse. Distinguenda est in no-  
stris nobilibus olim vasallis persona subditi a persona vasalli, vt  
iam docuit PETRVS MÜLLER, optimus iuris Marchici inter-  
pres in practica Marchica ref. 7. num. 1. scribens: „Nobiles con-  
siderantur, vel vt vasalli, et vt subditi principis. „ Ratione  
praestationum, ad quas nobiles et vasalli olim vi vasallagii et ne-  
xus feudalis obligati erant, SERENISSIMVS omni suo iuri  
renunciauit ideoque se abdicauit iure harum nomine a nobilibus  
olim vasallis aliquid praeter canonem definitum 40 Thal pro  
equo

equo equestri exigendi, non aequae, si qua puri considerari possunt subditi. Tenentur itaque v. gr. possessores feudorum allodificatorum ad solutionem tributorum pro constituenda dote filiae principis elocandae, *der Prinzessin-Steuer*, si ea casu existente forte imperaret Princeps, quia haec solvere deberent, etsi adhuc vigeret nexus feudalis. Semper itaque post allodificationis tempora omni cura eruendus est fons obligationis, in quaestione, an bonorum allodificatorum possessores tributa forte nouiter indicta praeter canonem solvere teneantur? Et hoc principio neglecto semper fallax erit, et vacillans causarum litiumque ex iuris publici Marchici formula diiudicandarum decisio.

- b) *Affecur. vor die Rittersch. der Chur-March Brandenburg* d. 30 Jun 1717 §. 3. in C. C. March. P. II. Sect. 5. num. 62 column. 92.
- c) Exstat quidem in C. C. March. P. VI. S. I. num. 118. column. 425 — 464; sed non omnino accurate expressum: quod instituta collatione cum origine intellexi.
- d) Ergo non pro omnino inutili habenda est formula relati, quod privilegium est Alberti Electoris de 1412, nobilibus indultum: quantumvis cum grano salis explicandum.
- e) C. C. March. P. II. Sect. 5. num. 6. §. 6. column. 93. Et ne quidem haec in omnibus provinciis, e. gr. nobilibus Pomeraniae, qui quidem canonem definitum 40 florenorum soluunt, nihilominus tamen praedia suo sub nexu feudali tenent. *de SCHWEDER* ad *Const. Feud. lit. 23. §. 1. not. I. pag. 207.*

### §. VIII.

Clariora quamuis haec sint AVGVSTISSIMI verba, quin credere possimus SERENISSIMVM PRINCIPEM per allodificationem, qualitatem censualem feudis Marchicis tribuere et sic iura nobilitatis Marchicae deteriora reddere voluisse, tamen plures extra Marchiae fines inuenire licet, qui credunt certissimeque sibi persuadent; feuda ista allodificata laborare censuali nota<sup>a</sup>). Hanc sententiam quoque stabilire videtur<sup>b</sup>) notissimum iuris publici et feudalis repertorium, ubi sub voce: *Erbzins-Leben* §. II. haec leguntur:

1) Feudum censuale, *Zins-Leben*, constituitur vel cum fidelitate

te- *dieses heißet in specie zinsbar Leben*, vel sine fidelitate, et in notatis: *Zins-Leben* est in cuius concessione dominium directum est reseruatam concedenti. *Es muß mit dem bono censitico nicht vermengt werden. Dieses ist concessio in reditum annuum perpetuum sine reseruatione domini directi, schlechtes Zinsgut, kein Zins-Leben. Zinsbar-Leben wird constituiret, wenn loco seruitiorum militarium ein gewisser Zins entrichtet wird.* Haec erant verba, quae rationes canonicorum cuiusdam ecclesiae cathedralis continerent decidendi, dum nobili Marchicae originis status quaestionem mouerent et praepremis aditum ad capitulum denegarent ex ea causa, quod candidati maiores feuda Marchica allodificata possedissent et vi legis allodificationis canonem praestitissent, sic se censuali nexui obnoxios reddidissent. Didici haec ex actis publicis, quorum perlustrandorum mihi facta licentia.

a) Agmen ducit B. G. STRVVIVS in Iurispr. feud. cap. V. §. 10.

b) Dixi, *videtur*: nam reapse ne quidem iste repertorii locus ad feuda Marchica allodificata extendi potest. Nam in feudis allodificationis Marchicis nec reperitur dominium directum nec soluitur canon in recognitionem domini, quod tamen boni censualis qualitatis ingreditur essentiam.

#### §. IX.

Optime itaque de Marchicae nostrae nobilitate meriti sunt clarissimi viri, qui scriptis defenderunt ob allodificationem anni 1717 ista feuda non degenerasse in bona censualia. In eo vero cum istis summis viris, quorum in nostro iure et scientiam et vastam doctrinam pia mente suspicio et veneror, conuenire nequeo, quod decidendi vim in eo ponendam ducant, quod canon definitus sit surrogatum seruitiorum militarium ob nexum feudalem olim praestandorum <sup>a)</sup>. Non quidem ignoro istam propositionem ipsam nostram legem exhibere <sup>b)</sup>; salua tamen summa, quam LL. debemus, reuerentia, haec, ni essent in prom-



tu fortiores, ratio me non moueret, qui scilicet didici; tum Ictum oportere semper inspicere magis quid actum, quam quid dictum sit; tum negotii essentialia sua natura esse necessaria et mutationi haud obnoxia.

a) Ita rationes subduxit, et IAC. GABR. WOLF, elem. iur. feud. cap. XIII. §. 27. p. 300 seq. et G. L. BOEHMER in elem. iur. feud. §. 247. Maxime me fugit ratio, qua primus sententiam bonam defendere potuerit, cum dixerit l. c. §. 29. feudum censuale, feudum plebeium, ratione seruitii improprium, cuius possessor secundum primaeuam huius feudi indolem, loco seruitiorum, censum soluit annuum.

a) Affecur. *sur die Ritterchaft der Chur-Marck* l. c. §. 6. column. 93.

### §. X.

Ea vero semper fuit mei animi inelegans ratio, quod negaverim praedicata ubi non deprehenderim subiectum. Idem in nostra expertus sum quaestione fatum. Ingenuae itaque confiteor, mihi numquam tantum fuisse ingenioli acumen, ut quotiescumque eorum perscrutatus sum indolem, inuenire potuerim qua ratione in feuda Marchia cadere possit vel feudorum, vel bonorum simplicium censualium notio. Crassiori forsân sub aëre natus, quoties cogitauerim vel feuda allodificata, sic et Marchica, allodificatione non obstante, adhuc feuda; vel bona censitica, ubi est nec dominus directus, nec census a censita in recognitionem domini directi soluendus toties non ens, et puram putam Chimaeram cogitasse mihi visus sum. Semper ob hanc rationem negavi feuda Marchica allodificata esse 1) feuda censualia vel 2) bona censualia simplicia. Dabimus breuissimas rationes.

### §. XI.

Feuda Marchica allodificata ob allodificationem non degenerasse in censualia (§. X.) probaturi, ne *υσερον νεωτερον* committamus vitium, sustinebimus pro virium tenuitate, redditis ratio-

rationibus, in feuda nostra in genere non cadere feudorum essentialia, sicque eis tribui non posse praedicata, quae vi notio- nis feudis tantummodo competunt. Quamvis iurisprudentiae feudalis interpretes circa feudi definitionem mirifice dissentiant, omnes tamen in eo conueniunt, quod feudum intelligi nequeat sine domino directo et vasallo, viculo quodam communi, quod fidelitatem feudalem dicunt, vnitis <sup>a)</sup>. Iam in feudis Marchicis allodificatis nec dominus directus nec vasallus, nec fidelitas feudalis deprehenditur <sup>b)</sup>; sic meo iure consequor; feuda Marchica allodificata non esse feuda, quod erat primum. Feudum deinde censuale, cum sit feudum sub census praestandi lege constitutum <sup>c)</sup>; est species feudi, cuius notiois genus constituit feudi definitio. Iam feuda Marchica allodificata, non sunt feuda, sed vi argu- menti a contrario ducti allodia; itaque feuda Marchica allodifica- ta non sunt feuda censualia, quod erat alterum.

<sup>a)</sup> Vnicum ex omnibus iam laudo THOMAE CRAGII ius feudorum, vbi p. 80. „Fidelitas feudalis nihil aliud est, quam tutela feudalis, qua dominus et vasallus invicem, sed praecipue vasallus ad mutuam fidem obligantur; fidelitas enim non solum vinculum est feudi sed vera eius essentia, sine qua nullum feudum subsistere possit, adeo vt fidelitas ipsa ne pacto quidem remitti possit, alio- qui in aliam contractus speciem transit, nempe in allodium. Et idem saepius eadem.

<sup>b)</sup> Affec. für die Ritterschaft l. c. §. I. col. 91. *Versprechen und versichern Se. Königl. Majestät vor Sich, Dero Erben und nachköm- mende Successores an der Cron und Chur, bey Dero Königl. Wort, daß von nun an und zu ewigen Zeiten alle und jede in Ihren Chur- mährckischen und dazu gehörigen Landen belegene Lehne ohne Unter- scheid, wes Namens oder Art dieselben seyn, vor Allodial und Erb- güter erkläret und die Qualität eines völligen Erb und Eigenthums denselben beygeleget seyn solle, dergestalt und also, daß der nexus feudalis zwischen Se. Königl. Majestät und Dero Vasallen, nebst allen davon dependirenden Praestationen, sie mögen Nahmen haben wie sie wol.*

wollen, nunmehr gänzlich gehoben und denen Possessoribus freye Macht gegeben seyn soll, dieselbe als Erbgüter zu besitzen und zu genießen, auch davon, als von ihrem Eigenthum, jedoch salvo iure succedendi der bisherigen Gesamtbänder, wie auch derjenigen, denen die Reluicion davon zusiehet, zu disponiren §. 5. col. 93. Da auch durch Aufhebung des nexus feudalis nunmehr alle Lehn-Fehler gänzlich abgestellt und die Gefahr der Caducitact völlig gehoben worden: So declariren Se. Königl. Majestät allergnädigst, daß alle Lehn-Edicta, sie mögen Nahmen haben, wie sie wollen, hiedurch gänzlich aufgehoben, alle dagegen begangene Fehler, sie mögen seyn von was Art, Zeit und Natur sie immer wollen, gänzlich pardoniret seyn, auch von nun an und zu ewigen Zeiten, niemand wegen eines Lehn-Fehlers weiter belanget, oder in Anspruch genommen werden soll.

- c) G. L. BOEHMER in elem. iur. feud. §. 247. Definitionem enim  
 CASP. HENK. HORNII in iurispr. feud. c. 4. §. 29. pag. m. 96.  
 et IAC. GABR. WOLF in elem. iur. feud. cap. 13. §. 29. p. 301.  
 vicio, quod differentiam specificam premit, laborantem reuicimus.

#### §. XII.

Sed cum negauerim feuda Marchica allodificata esse adhuc feuda, duplicis sunt generis, quibus me oppugnant. Primum est argumentum ex lege nostra desumptum, cuius verba sunt \*): *Die von der Ritterschaft pro annuo canone künftig zu erledende 40 Rehlr. können nicht anders als ein purum surrogatum anstatt der sonst aufgebrauchten Ritterpferde und geleisteten Lehn-Onerum, consideriret werden.* Inde inferunt: Surrogatum habet naturam eius, cui surrogatum est, itaque canon iste equestris ab olim vallis marchicis iam praestandus est instar seruitiorum feudalium olim praestitorum; iam onera et seruitia feudalialia non intelliguntur sine feudo, et Ergo. Sed festina lente amice! Pauca quidem sunt quae contra te proferam, sed difficilis digestionis. An noscisc Celsum? quem referunt l. 17. et 24 D. de LL. ICris et longa Consuet. Suspicio saltem. Vir enim est, apud nostrates summae auctoritatis. Is suo iam tempore statuit: Scire leges non hoc esse, verba earum tenere, sed vim et potestatem; et iniuile esse, nisi

rota lege perfecta, vna aliqua particula eius proposita, indicare  
 vel respondere. Hoc et tibi dictum volo. Nam vnde ista, quam  
 contra me vrges, fluxit legis dispositio? Ne, dices, canon soluendus  
 habeatur pro censu in recognitionem domini directi soluendo,  
 sicque ne feuda olim Marchica nobilia fiant censualia sicque igno-  
 bilia. Ne itaque canon soluendus loco seruitiorum, commisceatur  
 cum censu, sed vt eo melius ab eo distinguatur, dicitur in lege  
 nostra seruitiorum olim feudalium praestitorum surrogatum.  
 Accedit deinde, quod laudatum principium saltem procedat in  
 vniuersalibus iuris, non particularibus. l. 21. D. de hered. vel act.  
 vendit. l. 3. C. de R. V. Denique falsa est consequentia. Praestatio  
 seruitiorum pertinet ad naturalia feudi, sicque eius essentiam non  
 ingreditur. Si itaque adest seruitiorum feudalium praestatio, feudum  
 non constituit; sed ex allodio feudali nexui haud obnoxio seruitia  
 feudalia i. e. ad instar seruitiorum ob feudum praestandorum praes-  
 tita, salua ratione et concipi possunt, et saepe actu praestantur.  
 Sed sint feuda allodificata nostra adhuc feuda, qualia ante allodifi-  
 cationem erant, concedam ad momentum, quamuis eiurata quasi  
 omni ratione, dari aquam non fluidam, qua ratione, acutissime,  
 explicabis verba eiusdem legis, quae dedimus ad sp̄m praecedentem  
 in not. b)? Quo artificio compones contradictionem, quae, tua sententia  
 admissa, meos et tuum premet locos? Fac mecum communem causam.  
 Erunt omnia tunc clara, nulli contradictioni obnoxia.

a) Asscur. für die Ritterschaft loc. cit. §. 6. column. 93.

### §. XIII.

Alterum, quo meam sententiam oppugnant, eliciunt argu-  
 mentum ex legis nostrae verbis: <sup>a)</sup> *Und wie aus obigen klar  
 erbellet, daß Sr. königl. Majestät allergnädigste Intention nur dahin  
 gehet, die bisberige Lebbarkeit so weit zu heben, als dieselbe das  
 dominium directum concerniret; sonst aber das Jus succedendæ  
 und die Verbindlichkeit inter agnatos, es mögen dieselben Ein- oder  
 Ausländische seyn, in ihrem völligen vigore, vermöge desselben  
 nach*

nach bisheriger Art der Leben und gesamter Hand. zu succediven, zu lassen: et concludunt: vbi cumque obrinet successio feudalis cet. ibi est feudum: Atqui et Ergo. Sed, optime, an frequentasti dialecticorum scholas? Annuis, et Jo! triumphe! cano. Nego maioris vniuersalitatem, concedo enim eam saltem cum distinctio-  
ne. Complectitur notionem compositam, resoluamus itaque eam et demus simplices, quae eam ingrediuntur, ideas, et adparebit veritas. Vnde, quaesit, dicitur successio, feudalis? respondes; modo ab obiecto, modo a forma. Bene! et iam si mihi probatum dederis, successione, quae, adpellationis ratione a forma desumpta, feudalis dicitur, omnino non obtinere posse et in alodio, herbam tibi supplex porrigam, id est, numquam. <sup>b)</sup>

a) loc. cit. §. 4. column. 92.

b) Consentit G. L. BOEHMER in principiis iuris feudalis, §. 79 in fine. et PET. MULLER in pract. March. ref. 31. n. 17.

#### §. XIV.

Restat, vt dispiciamus et probemus feuda nostra Marchica allodificata, per allodificationem non degenerasse in censitica simplicia bona (§. 10. num. 2.). Qua causa nos breuibus expediemus; ipsa enim boni censitici norio, istam dirimet litem. Bonum censiticum dicimus, bonum, cuius possessor, qua eius possessor, censum exsoluere debet. Censum notionis, cum ingrediatur boni censitici differentiam specificam, indolem exhibere debemus. Varius est huius vocis significatus, sibi que ipsi non constans <sup>a)</sup>, quem itaque figere debemus. Dicimus censum, praestationem alicui in recognitionem dominii exsolvendam et in hac causa optimos iuris germanici priuati interpretes habemus consentientes <sup>b)</sup>. Iam facilis erit decisio: an feuda Marchica allodificata sint ex censiticorum bonorum numero? Praestatur quidem ob ea ab eorum possessoribus annuus canon; sed non in recognitionem dominii, quod scilicet vasalli plenarie, et sine vilo onere acquisiuerunt, sed in compensationem seruiturum militarium, quorum exigendorum ius PRINCEPS



SERENISSIMVS et EIVS SVCCESSORES ob allodificationem amiserunt. Si itaque verum est, id vero est verissimum, quod vbi non est definitio, ibi non possit esse definitum, ex necessitate sequitur, feuda Marchica allodificata per allodificationem non degenerasse in bona censitica simplicia.

- a) IVST. HENN. BOEHMER de vario censuum signif. et iurc. Hal. 1722. et in eius exerc. Tom. II. pag 964.
- b) Non quidem laudabo omnes, sed nonnullos et in hac causa praestantissimos: vt de SELCHOW in elem. iur germ. priu hod. §. 353. pag. m. 423. de PVFFENDORF. de iurisd. germ. part. III. Sect. 3. c. 3. §. 5. p. 756. de GOEBEL de iure et iudic. russ. c. 2. §. 2. p. 62.

§. XV.

Sed quamuis difficile sit de tam graui et iucunda re non multum differere, et quamuis plurima sint, quae adhuc de hac causa proferre et possim et optem; tamen, inuitus meae qualicumque orationis filum abrumpere debeo. Forsan loquacitas bilem iam mouit, B. L. Veniam itaque, si ita, viri rogo. Quae itaque de feudorum Marchicorum allodificationum, cum quibus et omnia feuda allodificata in reliquis provinciis BORVS-SORVM REGVM auspiciis relictis sita, eodem vtuntur iure, qualitate non censuali, oranda duxi, sufficient. Ad alteram, cuius causa haec praemissa, scriptiunculae partem se conuertit mea oratio. Exponam iam VOBIS, COMITES ILLUSTRISSIMI, COMITIONES RELIQVI GENEROSSISSIMI, PRAENOBILISSIMI ET HONORATISSIMI rationem, qua auctoritate AMPLISSIMI ICTORVM ORDINIS in hac Fridericiana, VESTRIS studiis et commodis pro virium tenuitate per semestre, quod instat aestiuum inferuire gestio.

Sequentes VOBIS offero in aedibus Leonhardinis, in platea, quae ad forum ducit, vulgo *die Märkerstrasse*, sitis ad signum angeli caerulei, habendas, praelectiones priuatas iuridicas: Hor. VII-VIII ad b. HEINECCI compendium instituit. Hor. VIII-IX ad PÜTTERI institutiones iur. publ. imperii rom. germ. Hor. IX-X ad Codicem Frideric. principia processus Brandenb. traditurus: Hor. II-III ad G. L. BOEHMERI principia iur. feud. Tandem *gratis* singulis diebus Sabbathi hor. I-II. tradam iurisprudentiam priu. personarum illustr. in Germania, et PÜTTERVM ducem sequar. Quibus vt et mihi bene cupiatis, res vero VESTRAS prosperrimo agatis omine Vos, quam possim, enixissime rogo.

Script. Halae, die XXVII. Aprilis clo 1800 LXXII.










ULB Halle  
002 169 592

3



sb







B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

DE  
FEVDIS MARCHICIS  
ALLODIFICATIS

CENSVALI QUALITATI

HAVD OBNOXIIS

QVAEDAM PRAEFATVR,

ET


PRAELECTIONES SVAS AESTIVAS  
ANNVNCIAT

IOANNES CHRISTIANVS WOLTAER,

IVRIVM DOCTOR.



HALAE MAGDEBVRGICAE,  
LITTERIS GRVNERTIANIS. MDCCLXXIII.



F. 11, num. 34.

1772 15

22

P. 340.